

QR. 793

v. Ende

Zb  
562

**MEMORIA ENDEANA,**  
Super obitum luctuosum,  
**GENEROSI, ac maximè STRENU**  
HEROIS DOMINI  
**WOLFGANGI ab ENDE,**  
DN. in CHAINA Hæreditarij,

Qui  
V. Calendarum Quintilium inter Mortales diurnare  
desinens in consuetudinem DEI, & beatorum  
omnium adscitus est,

SCRIPTA  
In Honorem  
Ejusdem Familiz quibusdam Agnatis,

X 2046978

LAVRENTIO GVILHELMO, Cantore Cygneorum Primario,  
Historiarum ac Theol. Studio.

BIBLIOTHECA  
PONICKIANA



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE  
(SAALE)

579





VIRIS  
 GENEROSIS, maximè STRENVIS  
 & NOBILISSIMIS DOMINIS,

SEBASTIANO Messchen/in Plohna/ Elect. Sax. Praef.

Cygn. Werd, & Stollberg: Capitaneo optimè merito:

HAUBOLDO ab ENDE, in Wildenborn/ Curia Provinc.

Lips. Sup. Adfessori gravissimo:

HAUBOLDO

RUDOLPHO

GEORG-HEINRICO

ULRICO

ALEXANDRO

WOLFGANGO-

RUDOLPHO

ab ENDE in

Wolkenburg/

Bendorff/

Königsfeld/

Lumpzig & feudi succes-


Chaina/ soribus.

Saubedlis/

Promotoribus suis Magnis offert submissè

AVTOR.



  
**E**cquis sit vitæ mortalis? *Homuncio inepte!*  
*Quiq; geris cristas, atq; superbis atrox!*  
Ecquis sit vitæ mortalis perpes in orbe hoc  
Gressus? quæ sedes firma manensq; diu?  
Ecqua sit statione morans *Tibi protinus ævū?*  
Ecquo protelo continuatur idem?

Lubrica tota *Homini*s vita est *tuusq;*, *minoris*,

*Majoris; Juvenis decrepitiq; senis:*

*Arbitramur enim quando florere, virere*

*Nosq; vigere micans Solis in-ante jubar*

*Seu faba nauscit uti Zephyri de flamine mota;*

*Seu flos scintillans è calyce ortus hiat.*

Nobis fortunâ longos promittimus annos

*Elatis, orbis vincere Nestoreos.*

*At levis aura crucis, morbi, saltimvè doloris*

*Invidiâ Mortæ flans in Adami-genas*

*Omniem proturbat fictam, uno momine, sortem*

*Funditùs evertens prosperitatis opes.*

*Non genus, aut Genius: non forma aut norma Sophia*

*A nobis flectunt spicula Persephones.*

*Omniibus ex æquo stat lex, MORIERIS: abibis*

*Ut cuncti, Adamo progenitore sati.*

*Nec post myriadas seclorum: postve refluxum*

*Annorum Magnorum Plato doctè tuum.*

*Sed citò; sed subitò; quin sepius insperatò,*

*Ceu bullata perit spuma nivalis aque.*

*Æmulus exempli: exemplum petat obvium in æde*

*Fortè sua, inveniet quo lacrymare queat.*

*Namq; in Terrigenas rapidi inclementia Fati*

*Sevit, & effrena proruit usq; sicca.*

A 2

Non

*Non medio Alcyonum scopulo considerare tutum*

*Conjugis in gremio nec residere sua.*

*Proh dolor, & luctus rapitur WOLFGANGVS ab ENDE*

*Conjugis è medio, Morte rapate, sinu.*

*Qui dolor & luctus Viduæ sit quantus obortus?*

*In lacrymas facilis faberis ipse bonus.*

*Vulnera vix coiere parum bene hiulca; dolores*

*Ecce noviredeunt non sine cordolio.*

1627. 15. Feb. JOHAN-HEINRICI in Sausedlitz corporis artus

*Lenti vis morbi sat diutina tulit.*

Ab Einsiedel. Uxor & insequitur AGNES tantumq; relicto

1628.

*WOLFGANG- RUDOLPHO, qui Mediusq; cluit.*

*Majus adest WOLFGANG- RUDOLPHI filia ab ENDE*

*In Zscheplin moritur morte SUSANNA cita.*

*Quam consobrini globuli temerarius ictus*

*Ex improvisò missus obire facit.*

30. Maj.

Lux JANI, quindena fuit cum casta MARIA

1629. 15. Jan.

*à Wergenthal saevo funere raptà cadit.*

*HAVBOLDI Domini in Wildenborn uxor amata,*

*Annos ut quater hæc vixit in orbe decem.*

*Judicij Assessor Philyrea gaudet in vrbe*

*Accumulans patrium laudis honore decus.*

7. Febr.

*Post GODEFRIED HELFRICH mortis contunditur ictus*

*Filius HAUBOLDI, Nubis in Arce, Patris.*

*Filius HAUBOLDI Patris; natusq; petitus*

*Multiplici voto celitus atq; pio.*

*Quiq; à Pace DEI sumsit venerabile nomen*

*Omen Pacifici sit quod abinde Viri,*

*Et pacis nomen sortitus in orbe, lavacro*

*Baptismi Pacem communicante DEI.*

*Atq; videns Pacem nullam super amplius orbi*

*Huicce, DEI Pacem mox poli in arce petis.*

Et

Et Patris & Matris nunc ora ac oscula linquit  
 Matris erat quondam delictumq; Patris,  
 Amplexu Christi fruitur manibusq; fovetur  
 Illius, inq; illis sat bene tutus agit.  
 Sæpius in terris cum fratribus ipse canebat  
 Quod Matri atq; Patri gaudia mille dabat.  
 Angelicum electumq; chorum sectatur: & usq;  
 Ter geminum SANCTUS suaviter ille canit.  
 Unicus & Gnatus RUDOLPHI morte peremptus 31 Martij.  
 Multum lugetur à Genitore suo.  
 Postmodò splendentis spem sanguinis EHRENFRIIDUM 5. Maij.  
 ZSCHEPLINIUM nuper Mortà maligna tulit.  
 Membris de subito febrili ex igne peresis  
 Occidit: & tristi funere mersus obit.  
 Nec satis hoc: verum hunc WOLFGANGUM vulnerat arcus 27. Junij.  
 Lethalis Parca cuspide mortifera.  
 Mox CONRADUS obit (miserum en!) HEINRICUS ab ENDE, 24. Julij.  
 Vix ubi tristes has edoluere Neces.  
 Julij lux bis dena, quaterq; effluxerat anno hoc  
 Quum venerande Senex, funere raptus, abis!  
 Qui jam WOLFGANGI successor ritè futurus  
 In Feudo fueras, pars veneranda domus!  
 Ipsa reluctando nisi Fata repente necassent  
 Ter denum ante diem morte nimis propera.  
 GEORGIUS ULRICUS frater ploratus ab annis  
 Antea paucillis & tumultus erat.  
 En luctus renovatus adest, quum JULIUS ortum  
 Attulerat denum quindecimumq; diem.  
 HAUBOLDI CHRISTINA soror: quæ SAMSONIS uxor 25. Julij.  
 Tunc à WOLFRAMSDORF intemerata, obiit.  
 Altera lux huius Mensis vix orta subinde est,  
 Quum mors indomitæ abstulit articulis 26. Julij.  
A 3 GEOR.

GEORGI HEINRICE Tibi SARAMq; unamq; Gemellum  
Qui Regis - campi tecta, domosq; tenes.  
Occidit, (ante annos binos) qua luce, periclo  
Cum vita Magno GNATAq; nata sibi est.  
Decennale tulit bellum de gente, nefanda  
Clade (malum!) Ende cadum quinq; decemq; viros.  
Bellum quod movit Cæsar FERDNANDUS in orbe hoc,  
Dum Fato solo malleus orbis erat.  
Quadraginta essent tibi si numerare libido est  
E stirpe hac anni quos rapuere decem.  
Indigitare omnes quos possem, ferret abundans  
Si mihi presentis temporis articulus.  
Fata resensebit sed eorum nostra Thalia  
Postea presenti sat mihi nota fide.  
Si tristare potest quicquam pia pectora: certe  
Mors defunctorum tristat utrosq; Patres.  
Qui Nati; Matres; Vidua; Viduiq; suorum  
Flere, dolere, queri, Funera sola solent.  
Indulgere juvat lacrymis, & perpete luctu  
Rorantes oculos egerere instar aqua.  
Ast merito Dominos luctu CHAINENSIS oborto  
O antiqua domus fleq; doleq; tuos!  
Inde agnoscamus malefirma Sortis hominum  
Afflatum, instabili flet quod adusq; polo.  
Utq; Homo deponat spiramina grandia mentis  
Naturæ imbellis conscius ipse sua.  
Quandoquidem (postquam Magnus GODOFREDUS obivit  
Et reqViem DVXit bVsta per, apta bono)  
De nece bis quini rapti, possessor & unus  
Sunt ex Æde illa, sic statuente DEO  
Ter domus hæredes mutavit, & inde recentes  
Adscivit, quarta jam sit & hocce, vice.

1527

Vix

Vix audita tibi tot fœmina conjugis orba  
 Feudum unum simul ac forte tulisse sibi.  
**WOLFGANG-ULRICI** viduam tibi terne gementem  
 Conjugij binos legitimosq; viros.  
 Præterea quinam sobolem, cernitq; relictam  
 Spem Nati nullam, pignora nulla tori.  
**CONRADI HEINRICI** viduata superstes in orbe est  
**GEORGI ULRICI** itidem sola Marita viget.  
 Hisce quibus viduis est annumeranda relictâ  
 Conjux **WOLFGANGI** quamq; **CHAINA** fovet.  
**LOTHI** & ab **ENDE** simul vitali vestitur aura  
 Orba Maritato fœdere Conjugij.  
 Sic **EHRENFRIIDI** viduam nondum *Atropos* occat,  
 Quid memorem reliquas undiq; solivagas.  
 Heu in mortales rabida inclementia mortis  
 Heu miserum! viduûm pessima conditio!  
 O **CHAINA** infelix! quoties obnubere taxo  
 Ferali patrias est redada cta fores.  
 O **CHAINA** infelix! quoties ea cernere prona  
 Tellurem obstipo jussa fuit capite.  
 Mancipio nulli nostrum (miserabile) nostri  
 Dantur: verum usu dantur adesse parum.  
 Solis equi dum sunt emensi tempora seclis  
 Jaçturam facis en tot malefida virum.  
 Ergo igitur, Domino **WOLFGANGO** nuper adempto  
 Morte Tuo, mæstos fundis ab ore sonos.  
 Exequijs actis, & tristia protinus ultrò  
 Plectram moves, tristis nenia & inde sonet.  
 Justè justa facis, fuerat qui dignus in orbe  
 Esse diu, & multas vivere Olympiades.  
 Qui genus à claro deduxit stemmate ab **ENDE**  
 Stemma ultra centum nobile secla quater.

Anna à Frie-  
sen.

Ursula Pflügin  
 Dorothea à  
 Marschalch.  
 Sophia Weg-  
 schin.  
 Elisabeth ab  
 Zsendorff.  
 Maria  
 à Starschedel

Stemma

Stemma refulget avo antiquo, Dominoq; Baronum

Quondam clarorum nobilium Helvetiae:

Stemmata Majores ubi claro multo & honore

Florebant magna sub ditione sua.

Troius Aeneas Latij ceu venit adoras

Trojanis quanquam primū oriundus Avis:

Sic ducente DEO, comite & virtute, secundo

Devenere loca haec, Misnia culta, tua.

Hec: ubi transcensu gentis se clara perenni

Usq; propagavit stirps bonitate satius.

Hec: ubi Nobilibus veris, & fortibus ausis

Mavors strenuior Nomina celsa tulit,

Qua, movet igniculus vitæ super aethera raptus

Dirigat, ut cunctos Marte, vel arte dies.

Quæ, dum terrenos relinquunt sublimibus aethi

Esse volunt sancti Numinis Indigetes.

Hos virtus sic alta tulit: sic movit eosdem,

Ut præ quàm multis eminuere Boni.

Sed quid de cunctis dicam? mea carmina tanta

Non sunt, nec Musæ, dicere quosq; vigor.

Quo me sed præsens rapit ecce cupido canendi

WOLFGANGI tantum nobilitatis AVOS.

PARENTES  
WOLF-  
GANGL.

WOLFGANG-ULRICUS Genitor fuit: isq; extinctus

1.

Pater Wolf-  
gang Ulricus  
1593.

Tum Frater LOTHVS pacta tori pepigit,

Atq; hic WOLFGANGUS tum pusto vagyt imis

In cunis, nec adhuc noverat ipse Patrem.

2.

AVUS Ulricus.

AVUS VLRICUS AVUS vir erat gravis, atq; probatus

Vir magne fidei, vir bonitatis amans.

ob. 1585. et. 64 Charus Ruthenis, (quos jam virtute Barones

Omnimoda celsos Misnidos ora videt)

Hinc illi Juvenum data tunc tutela Baronum est

Audirent sub qua maxima queq; bona.

Nasci-



Nascitur hic Patre GVolfgango feliciter Orbi  
Heroe In RochsbVrg Magna potente, bono.

Namq; Auratus Eques dictus per fortia facta,  
Strenuus in bellis, militieq; caput.

Quos olim veteres Prætores jure vocabant  
Nam soliti turmæ quiq; præire suæ.

(Asconius Padian. Prætores appellarunt veteres omnem magistratum cui pareret exercitus. Varro: Prætor dictus qui præiret jure & exercitu. Cicero ad Herennium: Epaminondas Thebanorum Imperator, ei qui sibi ex lege successerat Prætor, exercitum non tradidit.)

Hinc Electores nostrates Misnidos ora,  
Atq; Duces alij tunc coluere virum.

Saxonie Princeps tuleras si quando GEORGI  
Adversus Phrygios Martia castra feros

Aut Thamum contra renuentem pacis amorem  
Inter Prætores gloria prima fuit.

Supremus Schönburgiæ Capitaneus Aulæ  
Atque Baronum, post Consiliator erat.

Sic & MAURICIUM iurvit constantibus armis  
Pax è Germano cum fuit acta solo.

Principis & jussu Amsdoffi te Præsulem in urbe  
Cizâ deposuit, restituens Pflugium.

Quo facto mansit Capitaneus illius Urbis  
Ex vita hac donec fata tulere virum.

NICOLAUS Frater fuit huic, qui clarus ab arte  
O Themis alma tua! nobilitate pari.

Consiliator erat, tibi Cæsar CAROLE, fidus  
Astree summus dotis, & artis apex.

Largius ille etenim Pimpleo ex fonte liquores  
Hauferat, apponens otia sola libris.

Sic nactus geminos est nobilitatis honores  
Exemplum rarum gloria Apollinea.

B

Hinc

3.  
Proavus  
Wolfgangus  
Eques Auratus  
in Rochsburg.

1513. & 14.

1549.

1547.

1555.

Nicolaus ab  
Ende V. I. Doctor  
in Königsfeldt.

Restitutio &  
confirmatio  
Baronatus.

1530.

4.  
Abavus Godo-  
fried Eques  
Auratus in  
Rochsburg  
& Wolcken-  
burg.

1476.

1527. 29. Au-  
gusti, et. 78.

5.

Abavus Ulri-  
cus, & 1.  
Abavia à Staro-  
schedel. 2.  
Abavia à  
Schleinitz.  
3. Proavia à  
Bana.

Sapiens Ele.

1513.

Hinc merito factus, fax inclut agentis ab ENDE

Quando Baronatus gloria, honorq; datus.

Quem mirus solida virtutis & artis amator

Induperator ei CAROLVS ipse dedit.

Tempore quo AUGUSTÆ Confessio vera Lutheri est

Transplantata solo hoc pervariosq; populos.

Quo successores tali haud utuntur honore

Contenti potius Nobilitate sua.

Fratrum horum GODOFREDVS erat Pater: aurea stirpis

Fax & Eques, sicut Saxonis Aula refert.

Exstitit huius enim vir Consiliarius acer

Vir probitate gravis, vir gravitate probus.

Inq; Palæstinam vadit comitante animoso

Saxoniae ALBERTO cum Duce, Fratres simul.

Ante aram in templo Solus Chainense relictus

Improvisa obiit morte repente, suo.

Quando ibi fervidius peragebat sacra Deorum

Ritu Papicolim longior in preculis.

Mater STARSCHEDELINA, Eques atq; VLRICVS ab  
ENDE

GODFREDVM hunc Magnum progenuere Equitem.

CATHARIS à SCHLEINITZ GODOFREDI chara

Marita

HAVBOLDI in SCHLEINITZ filia sexta fuit.

CATHARIS à BÜNA WOLFGANGI candida conjunx

Meuselvitziadum Nobilis orta Domo.

Cuius Hymen coram Te, ô FRIDERICE! Cygne

Et Duce Fratres tuo claret, & auctus erat.

Interturbatus sed & est simul illius Hymen.

(Quum non Terrigenum gaudia perpetua)

Morte repentina; nam tunc HEINRICVS ab ENDE

Sponsi WOLFGANGI Patruus ecce perit!

7de

*Ille Auratus Eques, fidus Marschallus in Aula  
Saxonica. In cineres sic abit orbis honos.*

*Est erat HVLDERICI AGNES ZIGLERIA, prima,  
WOLFGANG-VLRICVM qua sibi progeniuit.*

*Unicus is Gnatus Matris, genuitq;: suprema  
Cui data sunt pridem munera ad inferias.*

*Mater at à FRIESEN, qua dicitur ANNA, superstes  
Nympha fuit, claris deinde petita viris.*

*Namq; à BREITENBACH WOLFGANGVS duxit eam-  
dem*

*Tunc Capitaneus huiusce Cygnensis humi.*

*Tertium ab ECKHARDTSBERG HEINRICVS nupsit  
Eidem*

*Miles, WERDÆ habitans quam vada Plisna rigant.*

*BERNHARD à FRIESEN maternus Avus fuit illi*

*Vir Prætor belli, militiaq; fera.*

*Verùm Avia ELISABETHA à MÜNCHEN nobilis uxor*

*Huic. materna fuit: de quibus ipse satus.*

*Utpote VVOLFANGVS teneris qui primitiis annis*

*Moribus egregijs tinctus, & arte fuit.*

*Namq; Cygnea diu docto formavit ab usu*

*HORNICÆE, sibi, Te duce doctiloquo.*

*Hunc dum virtutum depingit amabile lumen*

*Plenior exsurgit spes animosa suis.*

*Ille materiam sed laudis hoc exhibet amplum*

*Dum velo famam candidiore petiit.*

*Nec caruit virtus tanta obsequiosa favore*

*Quo nitatur enim semina quisq; gerit.*

*Sese etenim accingens Marvortis milite Sago*

*Hungarici belli Martia fata subit.*

4.  
Avia, Ziogle-  
ria.

5.  
Mater à Frie-  
sen.

Avus Mater-  
nus.

Avia Mater-  
na.

Educatio.

M. Petrus Hoy-  
wigh, Rect.  
Schol. Cygn.

Mores.

Res gesta.

B 2

Turca

Turca quod innumeris aggressus fortiter armis  
Urbes evertens & populum ense suo.

Ast subito rediere DEO tum, dona, volente  
Pacis in Hungariam quâ vagus Iſther adit.

Qua Pax durat adhuc nostros constantior inter  
Hostes, & Christi nominis ensiferos.

Tunc ibi cum socijs claris WOLFGANGVS ab ENDE  
Turcæ perlustrat castra, domumq; redit.

Fallacis quoniam noscens dispendia belli  
Mitior ingenio, maluit ire toga.

Quâ sub pax alitur, casti quoq; pectoris ignes  
Ardesunt potius sub Pietate DEA.

Conjugium. Ergo SEBASTIANI Meßchen (Capitaneus audis  
Qui Cygnæi agri) filia sola placet.

Hanc sibi selegit reliquis ex omnibus unam.

Hanc SOPHIAM solam ducit, amatq; piam.

1613. 25. Feb. Et tædas celebrans Turcum baptisate tingunt

Conversum ad Christi spemq; fidemq; DEL.

Huius & ex thalamo suscepit postmodo Natam

Qua tamen ante Patris funera acerba parat.

Sæpius optavit neu illam cuspide Letbum

Lædat; masculicâ proleq; mactus ovet.

Ast aliter visum Fatîs, quæ vota Parentum

Efformant dio liberiore modo.

Atq; voluntatem spatari cernimus Almi

Donantis nutu prosperiore suo.

Querere non nostrum cur clandestinus agat rem

Ad Fatumq; suum vota relegat idem.

Hinc & uterq; Parens satiati munere Jhova

Munere vel quovis hoc sibi in orbe dato.

Nec

Nec lacrymis adeò laterarunt pectora longis  
Mittentes nutu post sua fata DEI.

Interea cepit WOLEGANGVS corpore toto  
Oblangvere suo, membra vorante phytis.

Absuit haud illiq; manus dexterrima Hygea  
Curando labem, porrigere artis opem.

Quo relevare queat Fatum moderamine quodam:  
Sed stat vox Parca ferrea. MORTIS ERIT.

Ergo Tabifico succumbens undiq; morbo  
Dum Medici auxilio destituere suo.

Se sua componens submitit Fata volenti  
Ihova, qui solius mitigat omne malum.  
Donec ab hac tabe extinctus, placide exspiravit.

Commendans soli seq; animamq; DEO.  
Quadraginta annos hic postquam vixit & unum  
Hebdomadas ter tres, tres itidemq; dies.

Ingenti SOPHIAE turbavit pectora luctu  
Mors eius, tristes cogitat usq; faces.

Quam tamen omnituens recreet solamine verbi  
Eius ut ablatum noverit, esse datum.

Porro regat, degat, tueatur & omnibus horis

Utrumq; ENDEADUM METZSCHIADUMq; genus.  
Et successores VLRICVM servet in ævum:

Sic & ALEXANDRVM, conspicuos juvenes,  
Nec non & reliquos Cumea vivere dignos  
Ætatem, atq; senis secula Neleidis.

His ut ab eximijs, GERMANIA sentiat ortum  
Florem clarorum, Nobiliumq; virum.

Qui Patrum exemplar videant, referantq; per omne  
Ingenuo, vultu, moribus, officio!

Divinum

Morbus.

Mors.

Consolatio.

Votum Antea  
ris.

*Divinum verbum studeant pietatis amantes  
Servari in populo puri-sonante Logo!  
Quin & ament Musas; doctas & Apollinis artes  
Promoveant, quibus è fontibus omne bonum.  
Justi custodes veri rectiq; tenaces  
Sint, & consilio res moderante gerant  
Zonam discinctam patiantur nullibi tectis  
Passim errare suis! sic bona quæq; forent,  
Latentur demum tralati cœlica ad astra!  
De veris, ubi sunt seclarenata, bonis.*

**F I N I S.**



**Excusa ALTENBURGI à Johanne Meuschken,**

**Anno clc lxc xxix.**



№ 562 AK

ML

WDA






QR. 293

MEMORIA  
Super obitum  
GENEROSI, ac m  
HEROIS  
WOLFGANG  
DN, in CHAIN

V. Calendarum Quintilium  
desinens in consuetudin

LAVRENTIO GVILHELMO  
Historiarum ac



Handwritten numbers and a circular stamp on the right edge of the book cover.

STADTBIBLIOTHEK  
Circular stamp on the right edge of the book cover.

